



C. BARTHII

ADVERSARIORVM  
COMMENTARIORVM

LIBER XXXV.

CAPVT I.

*Vsurpatores. Verberare. Interior homo. Desensus. Sermones ad mensuram. Sui gladio quem iugulat. Coacueri, concutere. Seminarium. Possibilis. Impossibilis. de Gariopontio Medico. Si vir es, ignavia opprobrium. Tenere. Studentes & Studiosi. Copia. Adsuasione laborem. Induere se iusticiam. Forensis. Sine harede. Indolentia. Considerare, cor, Consilium. In primo Ambrosii de Officiis multa notata & correcta.*



**B**EATI Ambrosii de Officiis Commentarii valde veteres membranas contuli, unde non paucenda quaedam observanda obvenirent. Mirari vero subiret tantam scripte & olim exente lectionis à vulgata varietatem, nisi cognita claustralis exscriptorum ingenta haberem. Quarum tamen stupores nihil sunt prae hodiernorum typographorum incivitate atque audacia. *Vsurpatores* sunt qui rem alterius, etiam ipsorum utilibus indulget, ex invidia tibi solis usurpat. Cap. i. lib. i. Ambrosius. *Et nos ergo ad imitandum venundiam sedulo, ad conferendam gratiam non usurpavere, quas illi spiritu infudit sapientie, robus quasi libris tradimus.* Sic cap. xviii. *Magna igitur modestia, quae cum sit sui juris remissior nihil sibi usurpat, nihil vindicant, dicitur est apud Deum.* Cap. xxi. *Hic Oratores seculi de nostris usurpata, in suis possidere libris. Quae observatio cum talibus aliis plarima auctororum huius generis loca illustrat.* *Verberare* aliquem convicio Ciceronis est. Ambrosius cap. ii. *Verberatur enim tacito cogitationis nostrae opprobrio, perderemur roci nostrae verberare.* Cap. xviii. *quae velut quodam indolentia verberare oculos ferret meos.* Eodem cap. ii. *Et ideo quia neminem sciebat castam et servare posse ob immunitatiam sermone.* In Codice praefato est. *neminem videbat, ut & in venustissima Editione.* Cap. iii. *Casto interitorem hominem rati: Noli enim quasi risum negligere ac fastidire.* Interior homo est anima immortalis, verus nitacum homo. Cap. xviii. *Hinc domo cordis nostri absconditus, aut lectus aut patitur, aut turbatur, aut contra gravior & consilientior assemtatur.* Cap. iii. cum dicit. *Altera sensum tuum non sit remissus ac desensus.* Translatum est de capillis. Prudentius Cypriano.

*Desensus caesaries compositus in breves capillo.*

Sermones ad mensuram proferre, est quasi ad libram aut praescriptam aliquam quantitatem. Cap. iii. *Ad mensuram sermonis proferat libra examinatos iusticiae, &c.* Sic cap. xxiv. *Moderatio erat illi pro negotiis, ordo rerum, opportunitas temporum, mensura verborum.* Ibidem. *Exul homo, profugus à parentibus obsequia tamen convenientem mensuram negotii tenuit.* Apud Terentium proverbialis locutio est

*—suo sibi hunc gladio iugulo.*

Quae ad ignominiam pereuntis pertinet, & ita Ambro-

sus noster edisserit. cap. xv. *Loquimur plerumque quod animus excipit, & quasi nostro gladio nos vulnere. Quam tolerabilem est, alieno gladio quam nostro perire? Explorat ergo adversarius nostra arma, & conicit sua tela.* In membranis lego: *coacuit.* Ego autem coacuit legendum suspicor. Quatinvis possit simile illi videri—*faciendam calcatus pedum*—Tamen sequitur: *Si viderit moveri me, inferat aculeos suos, ut seminarium purgatum exeret.* Seminarium autem de Rusticia scriptoribus traductum est, & causam causas subjicientem novas designat. Sedulus in I. ad Corinth. cap. vii. *Si Dominus virginitatem imperaret, condemnare videretur conjugium & seminarium hominum excideret, ante virginis procreata est.* Possibilitas id genus scriptoribus facultatem denotat. Ambrosius: *interdum nobis etiam proponit vanae possibilitatem.* Sic alii scriptores impossibile nullius facultatis & potentiae dicunt. Ut Caelius Aurelianus, cui etiam incutabilem sonat, & scriptor nescio cuius aetatis, certe inimitabilem, quem Gariopontium inscribunt, libro iii. cap. lxx. *Apocimorion id est incoeratio harum peritum, quae impossibile sunt in rebus. Peritum fit ex debilitate nervorum.* Cap. v. ait Attibrensis: *Hoc est enim scire à nobis, quia bene sibi conscius falsum non debet moveri.* Manuscripta lectio est. *Silera à homo.* Legendum insuper puto. *Silera.* Ibidem: *hic ergo ut nobis mirari faciat, quasi vir non sim? quasi vultare meum possim?* Sic ista sunt distinguenda. At indignationis vitilis est illud, *quasi vir non sim.* Martialis.

—*Si vir es, cur nega.*

Appulcius. *communis congruere seruis, & occide moriturum.* Timere est observare, & quod cap. ii. usurpat, est hodie. Cap. vii. *Ego vobis tenebam in adeo Psalmum David dilectus sensu profundo est.* Cap. xxi. *Ua igitur te compara ut quasi puer vulturum non teneas, malitiam non exereas.* Porro eodem cap. vii. *Succesit animo de Officiis scribere, de quibus etiam quidam Philosophi studentes scripserat, ut Pericles & filius eius apud Graecos Tullius apud Latinos.* In membranis non filius eius sed agilius clavis lectis legitur. In quod docti et inquitant monco. Veteres tamen omnes Editiones, quas ego vidi, vulgatam servant. *Studentes* autem petitos sonant, licet alludatur ad Philosophorum nomen, ut alibi etiam his libris adnotavimus. Nam Pericles & reliqui sanè studiosissimi fuerunt. Sic Hieronymus super Psalmum lxxxix. *Cyprianum presbyterum si-*

ut & Lucani alterum Homo qui si in alia tempora incl-  
disset mirificam nomini suo gloriam ex his litteris con-  
ciliaflet, quamquam candidis iudiciis nec talis ipsius  
opera proctus sit absurda. Qui enim in bonum continua-  
ne conculit quod potuit licet vile, sua causa tantum egit  
quantum qui maxime utilis & proficua proposuit. Et  
horum quidem hodie major copia est, pauci tamen fel-  
le aut Livore carent, quibus pestibus Gratia etiam illu-  
strum alioqui meritorum penitus dederitur.

*reformatio.* in formam postnata reductio. Prudentius.

*— Dum resoluente corpus*

*Revertat Deus atque reformas*

*Quantum regione sublevis*

*Animam requiescere parant.*

*Reformatio est aedificatio sed plus est in Latino. Forma enim utique ptilina homini restituetur.*

*ex elementorum secretissimo suo.* Libr. LV. Sunt verba scripto-  
ris veteris ex Membranis de quibus libr. V. cap. XI. Ad-  
verf. ubi integra proponuntur, hoc est quod fides am-  
plectitur, Ratio autem humana penitus non assequitur,  
quo omnipotentiam utcumque in Deo sibi persuadens,  
relabatur eo ut neget denuo cum hanc traditionem ex-  
pendit. Sed egestia sunt dicta scripturae, quibus indubi-  
tate persuademur glorificandos nos hac reformatione,  
sunt & rationes divinis hominibus in medium prolatae  
quibus constat eam Deum Patremque nostrum qui ex  
nihilō tam insignem tanque omnibus modis hanc omni-  
cam hanc corporum nostri acuti compagem constituit,  
dissolvitque in Elementa, Ex Elementis reparaturam id  
quod ad tempus in totum situs, ut scire Augustinus no-  
ster loquitur, disseminaverat. Magnas enim ille *visde-*  
*rent* ut ab Epicureo appellatur, nihil quod in domo sua  
est, quodque etiam extra eam est, modo praeter ipsam sic  
quicquam, ignorat, nihil unde sit, quo pertineat, obli-  
scitur, quippe cujus consilio machina haec constet, quo  
consecratus, quo floreat. Ille enim fons vitarum omnium  
est, a quo proficiscuntur & in quem redeunt, immo ille  
omnia implet, omnia vivificat, alit, consecratque vitali-  
bus moribus, extra eam nihil est. Nec mirum si humana  
ratio assequat reparationem sui hominis non potest, non  
enim in luce ea persistit qua dotaretur ab initio. Quae  
enim coecitas huius est ad tantorum mysteriorum exa-  
ctationem, quae nec se ipsam, nec quid sit ipsa, nec unde sit

scite nisi per fidem potest? Quid vero aequius quam &  
reparationem nostram ei spondenti nos credere, cum omni-  
no conditionem nostram negare quin credamus non  
possimus. In hoc enim ipso quod sentimus, sumus, &  
esse nos confitemur. Non vero ab ipsis nobis satius, nec  
de origine nobis nostra constat, nisi quod certis milibus  
annorum retro evoluit amplius nihil invenimus, in-  
venimus vero sim ul originem nostram litteris scriptam e-  
jus mandato qui nos condidit sanos, & peste nos ipsos  
induentes, evoluit post aeternis miseris. Quam igitur  
certum est vivere nos, esse, moveri, nescire vero unde o-  
rigo nostra sit, tam certum est nos conditos ab eo de quo  
per infinitas prophetias & miracula dubitare non pos-  
sumus: & eo modo conditos, quo ille docet qui nec  
mentiri potest, & salutis nostrae arantissimus est. Hoc si  
constat nullo modo non sequitur ei quoque restaura-  
tionem pollicenti & morte sua nos introducenti in no-  
vam vitam, credendum qui & nos condidit, & pro lapsis  
a vita ipse homo factus nobis, & ut non solum verborum  
vipera deremur, sed te etiam ipsa indubitanter in Fi-  
dem adigetur, Resurrexit ipse Corpore glorificato  
& clarificato post victoris de morte, quae peccati lapsusq;  
nostri peccata omnibus immiser. Quid vero mirum ce-  
lata in minutissima redactas & nullis sensibus nostris  
capienda ramenta particulas corporis nostri restituend-  
das formae suae cum elementa omnia, caelum terraque &  
maria & aer omnino interibunt, penitusque in nihilum  
redigentur, tum enim solae haec tenues particulae matie-  
bunt, quippe quae in nihilum non sint redactae, sed ita  
Omnipotentis Dei voluntate disperse ut redire debeant  
in corpus compagemque suam. Non enim ullo loco  
scripturae scriptum est, Faciet Deus corpora quae antea  
fuerunt ex nihilo, sed reparabit ea & re suscitabit ea mo-  
te tanquam ex quiete & in litam ordinem reducet. Ita-  
que cum omnia condita, omnia omnino creatora peri-  
bu, auantebunt tamen Corpora reparantur desiderata, &  
reparanda eo ipso momento quo machina rerum cetera-  
rarum non in somnum sed in aeternum solentur. Miseri  
homines qui cum certissime haec sibi consens, & praete-  
ritorum praesentiumque fide futura necessaria fut,  
notant credere quae vera esse interim ne-  
gare non possunt, nisi plate &  
quae videant, nesci-  
ant

FINIS LIBRI PRIMI AD AUGUSTINUM,  
LIBRI AUTEM LX. ADVERSARIORUM.